

FONTI E MEMORIE

Statuta Communis Ferrariae ad Offitium Argerum

Nell'introduzione agli Statuta Ferrariae, Anno MCCLXXXVII, trascritti dal Dott. William Montorsi, al capitolo « Consuetudine e legislazione statutaria in Ferrara », lo stesso riporta la descrizione di un codice dell'Archivio Storico Comunale, senza segnatura, già in deposito presso la Biblioteca Ariostea di Ferrara, ed ora versato alla Sezione dell'Archivio di Stato di Ferrara.

La descrizione è la seguente:

« Membranaceo, cartaceo 3 di guardia in principio e 2 in fine. (). Datato 1934 le cc 1-81, 1405-1433 le cc 82-96, mm 380 x 270-75; cc III + 96 + II; numerazione dell'inchiostro del sec. XIV per le cc 1-81 numerate a matita le altre, eccetto la 93 all'inchiostro del sec. XV; fascicoli 9 quinterni + 1 ternione; linee 40 per le cc 1-80, indi numero variabile di righe, rigatura in piombo. Scrittura: minuscola (gotica) libraria italiana nelle cc 1-80; nelle seguenti (nn II-III, VII-XII) sono accentuati i caratteri corsivi, eccetto per le 84-94 (nn. IV-VI), dove è evidente l'avvio alla minuscola umanistica specie per l'estrema attenuazione della filettatura.*

Rubriche in rosso e iniziali alternamente in rosso e azzurro con filettature ornamentali rispettivamente in viola e in rosso. Da C 81 nove mani diverse. Nelle cc 86-93 le ottantotto rubriche « Testi, libri » scritti all'inchiostro nero recano in bianco lo spazio per l'iniziale capitale.

Legatura in pelle impressa a freddo a losanghe con quattro stringhe ornamentali applicate in sede di restauro ed in mezzo una cinghia: forse del sec. XIX incollata per restauro su preesistente simile forse del sec. XIV ».

Molto importante è la conoscenza di questo testo che il Montorsi data al 1420 e che sarebbe il risultato di un riordinamento del Codice del 1320 e del suo rifacimento del 1384.

Nella riforma del 1320 la materia, già considerata nello Statuto di Obizzo II, venne tutta rimaneggiata ed al nucleo base riguardante le norme costituzionali ed amministrative del Comune sarebbero stati aggiunti, secondo il Montorsi, i capitoli superstiti alla riforma del 1320 già com-

(*) Da un più attento esame le pagine cartacee risultano due in principio e tre in fine, per il resto il codice è del tutto corrispondente.

presi nel libro « degli argini », senza dubbio, in considerazione dell'opportunità di conglobare gli ufficiali addetti a quel determinato servizio al resto dei funzionari comunali.

Non ci pare che l'interpretazione sia del tutto esatta, poichè dalla lettura del testo dei « Statuta Communis Ferrariae ad officium argerum » è facile desumere che non si tratti di un ordinamento di funzionari inserito in tutta l'organizzazione amministrativa del comune, ma di una vera e propria regolamentazione relativa alla regimazione del sistema idraulico e viario del territorio comunale. Si è usciti dalla forma provvisoria e contingente della provvisione e si rientra in quella più definitiva della norma di legge.

E' l'inizio di quella codificazione che troverà la sua espansione organica alla fine del secolo successivo.

E' quindi un primo testo della legislazione relativa a questa materia così importante per lo stato degli Estensi, che fa corpo a se stesso, fuori dalle altre norme statutarie.

Segna indubbiamente anche il passaggio da interventi a carattere comunistico a quelli di carattere sia pubblico che privato, che caratterizzarono le norme legislative in materia di regime idraulico, fino alla netta separazione fra la norma pubblicistica e quella privatistica, che si delineerà più precisamente, molto più tardi, nel periodo dell'occupazione francese del territorio ferrarese e successivamente, a seguito dell'influenza della legislazione francese, che in questo campo era già ben differenziata.

Ad ogni modo la questione è di molta importanza, perchè è l'espressione di un periodo molto interessante per l'evoluzione delle norme giuridiche ed amministrative dello Stato estense.

Ed è una dimostrazione di più, se fosse necessaria, di come siano state lente nel tempo queste evoluzioni e trasformazioni, accelerate od ostacolate dagli avvenimenti più strettamente politici. Riportiamo il codice per esteso perchè riteniamo che sia l'unico documento conosciuto del secolo XV, prima della pubblicazione degli « Ordini et provvisioni sopra i lavorieri di Po e Ufficiali a quelli deputati » del 12 aprile MDLXXX.

Ciò è poi molto utile per la conoscenza della legislazione relativa al regime idraulico nel ferrarese. La trascrizione è stata fatta dal Dott. Luciano Capra, Direttore della Biblioteca Comunale Ariostea, che ci ha facilitato nella ricerca del Codice, per cui gli esprimiamo vivo il nostro ringraziamento.

Mario Zucchini

STATUTA COMMUNIS FERRARIAE AD OFFITIUM ARGERUM

De viis non incidendis - Rubrica

Statuimus quod nulla persona possit incidere vel incidi facere aliquam viam publicam causa ducendi aquam in fossatis vicinorum suorum nisi illi fossati forent consueti fore Scursurij pena decem librarum ferrarinorum. Et omnes vie que ea de causa incise sunt reducantur in pristinum statum infra octo dies expensis illorum qui ipsas inciderint sub dita pena.

De pena illius qui damnificaverit aliquem derivando vel deducendo sive mitendo aquam in locum alicuius - Rubrica

Statuimus quod quicumque aliquam personam damnificaverit derivando vel deducendo vel mitendo aquam in locum alicuius condemnetur comuni Ferrarie in tribus libris ferrarinorum, et ei cuius est locus in triginta solidis ferrarinorum. Et ad integram emendacionem damni et ad totum plus quantam locus ille in toto vel in parte peioris conditionis probabitur esse factus et ad refectionem omnium expensarum.

De pena explanantis fossatum alterius

Statuimus quod quicumque fossatum explanaverit sive aterraverit in toto vel in parte condemnetur comuni Ferrarie in quadraginta solidis ferrarinorum et ei cuius est locus in quo est fossatus ad diligentem recavationem fossati et ad refectionem omnium expensarum.

De Scursurio ville Coparij et pontibus - Rubrica

Statuimus quod scursurius qui incipit in villa Coparij in Terris Sancte Marie de Vado et extenditur ad traversum viam publicam ville Ceste et descendit ad villam Ambrosij juxta Bradium Ser Pegorarii de Fontana et juxta Bradiolam et cetera scursuria que sunt in villa Coparij qualescumque sint in mense Augusti proximo veniente, recaventur et remondentur incipiendo a capite inferiori iuxta valles et veniendo sursum. Ita quod aque que solite sunt curere per dicta scursuria habeant liberum et expeditum decursum et assignentur dicta scursuria hominibus dicte ville pro parte agerum mensis predicti quolibet anno. Item quod nulla persona deinceps debeat aterrare dicta scursuria vel alia quecumque sint in districtu Ferrariae vel aliquid in eis facere per quod impediatur decursus ipsius

vel ipsorum. Et si aliquis contrafecerit condemnetur pro qualibet vice in tribus libris ferrariorum et ad reficiendum ipsum locum atterratum. Et de hoc teneantur officiales ad argeres deputati facere inquisitionem. Et si non inveniatur persona que hoc fecerit condemnetur cavarzelanus in viginti solidis de suo avere. Item teneantur homines et Comune dicte ville facere et manutenere pontes super dicta scursoria in omni loco ubi fuerint necessarij de bonis stillis et de bonis pallanchis per quos possit iri et rediri pedes et eques et cum curribus, que sint affixe cum bonis clavis vel claviclis. Et si aliquis pons fuerit fractus vel ita devastatus quod non possit operari ad illos usus et hoc denuntiatum fuerit carvarzelano teneatur ipsum reficere infra octo dies post dictam denuntiationem. Quod si non fecerit condemnetur de suo avere in viginti solidis ferrariorum. Et Comune in tribus libris ferrariorum. Et nichilominus faciat ipsum aptari infra alios tres dies sub pena predicta. Et liceat cuilibet persone omni tempore apperire quodlibet scursorium ubicumque fuerit atterratum sua auctoritate et impune absque requisitione alicuius officialis comunis Ferrarie auctoritate presentis Statuti.

De ducia de Tamara

Statuimus quod ducia que vadit a Ruptadulla ad Navilium cavetur et remondetur a Ruptadulla usque ad Navilium expensis hominum quibus prodest.

De precepto faciendo Cavarzelanis per officiales argerum - Rubrica.

Statuimus quod potestas Ferrarie sive officiales ad argeres deputati infra XV dies post publicationem huius statuti teneantur facere venire coram se omnes et singulos cavarzelanos villarum comitatus ferrarie. Et precipere eis quod debeant dare eis inscriptis omnia scursoria nova et vetera que consueverunt esse et sunt in fondo et pertinenciis sue ville sub certa pena. Quibus inscriptis datis precipiat eis quod deinde ad unum mensem faciant ipsa cavare et apperire et remondare. Ita quod aqua habeat liberum et expeditum decursum. Item quod scursoria que extenduntur per fondos plurium villarum assignetur cuilibet ville certa pars cuiuslibet scursorii pro modo et conditione ville et hominum commorantium in eis incipiendo laboreria ipsorum scursuriorum a capite inferiori veniendo sursum usque ad caput superius. Item teneatur quilibet cavarzelanus facere fieri pontem in quolibet loco ubi necessarius esset in suo fondo de bonis tassellis vel palanchis ita quod possit equitari et carezari et quando maxime est scursorium ad transversum viarum publicarum, et facere et

curare quod nullum impedimentum fiat in ipso scursurio quominus aqua semper liberum possit habere decursum. Et teneatur quilibet cavarzelanus semel quolibet mense videre et examinare ipsa scursuria an libera et expedita sint vel clausa. Et si clausa essent debeat hoc denuntiare infra tertiam diem domino potestatis seu officialibus ad argeres deputatis et ubi sunt clausa et qui clauserunt si notum erit eis qui fuerint.

Et in quolibet mense augusti vel septembris omni anno teneantur communia villarum curare scursuria et remondare ab utraque parte per fondos suos ut superius continetur et assignentur eis laboreria predicta scursuriorum dictis mensibus pro una parte argerum. Et si aliqua alia persona denuntiaverit cavarzelano vel alio de suis vicinis scursuria aliqua aterrata esse vel in eis aliquod impedimentum factum quominus aqua fluere possit vel pontem devastatum ita quod homines non possint per ipsos ire et carezare, teneatur cavarzelanus et comune ville facere aptari pontem et tollere et remove illud quod factum est ad impedimentum decursus aquarum infra decem dies ex quo fuerit eis denuntiatum vel eius vicinis, et de hoc credatur sacramento denuntiantis vel unius testis qui cum eo fuerit de familia sua. Et si cavarzelanus non denuntiaverit predicta officialibus argerum vel negligens fuerit in predictis faciendis condemnatur in quadraginta solidis ferrarinorum de suo avere et comune ville in centum solidis ferrarinorum condemnatur et nichilominus facere teneantur predicta.

De provisione facienda per Cavarzelanos super scursuriis - Rubrica

De cetero scursuria cuiuslibet ville cinte Ferrarie libera maneant et aperta et ut aquae pluviales per tempora possint semper habere liberum et expeditum decursum. Statuimus et ordinamus quod quilibet cavarzelanus cuiuslibet ville infra octo dies post publicationem scive approbationem istius statuti teneatur habere secum quattuor de melioribus ex vicinis suis vel in maiori vel in minori numero secundum conditionem ipsius ville et cum ipsis et eorum consilio discutere et deliberare et in scriptis reduci facere omnes possessiones et pētias terre quibus prosunt scursuria que sunt in fondo ville sue, unum sit vel plura vel que de aliis villis extenduntur et currunt per ipsam villam seu fondum ipsius ad fondos aliarum, et nomina eorum qui tenent ipsas possessiones et bona fide et sine fraude, cum dictis suis vicinis examinare quantitatum ipsarum sint quot steriorum sēminatura sunt, qua extimatione facta teneantur vicini dicte ville cavare dicta scursuria et remondare et omnia facere que necessaria fuerint ad cursum liberum et expeditum aquarum per totum fon-

dum ville sue. Qui laboratores habere debeant pro qualibet opera sex imperiales pro quolibet die. Et hoc teneantur facere fieri omni anno cavarzelani qui fuerint per tempora incipiendo in introitu mensi augusti, quibus laboratoribus sive operis satisfiat per homines qui habebunt possessiones predictas per terraticum imponendum eisdem pro possessionibus supradictis.

Et de ipsis scursuriis et possessionibus quibus prosunt et hominibus qui tenent possessiones predictas fiat unus liber pro quolibet policino in quo scripta sint omnia supradicta, ponendo quamlibet villam per se. Qui libri ponantur in sacristia fratrum minorum, predicatorum, heremitanorum et Sancti Pauli secundum quod eis videbitur conveniens, et ibi debeant esse continue ut quilibet persona ad ipsos omni tempore possit habere recursum, pena imminente cuilibet cavarzelaro cuiuslibet ville XX solidorum ferrarinorum de suo avere et comuni cuiuslibet ville de XL solidis ferrarinorum, si infra unum mensem post approbationem presentis statuti non fuerit facta dicta descriptio terrarum et impositio terratici et si non fuerint incoata dicta laboreria omnium scursuriorum in qualibet villa.

Statutum expressum in volumine statutorum in primo libro c. 234 sub Rubrica si quis voluerit facere fossatum.

Ad offitium argerum pertineat quod quicumque voluerit facere fossatum inter se et consortem suum fiat fossatus et facere compellatur interpellatus quilibet a consorte de comuni terra et comunibus expensis usque ad tres pedes et non ultra in latitudine et per hoc capitulum derogamus omnibus aliis capitulis contradicentibus huic statuto. Quod non vendicet sibi locum in casalibus ortis et broillis ubi sepes volumus fieri comunibus expensis.

Statuimus quod si aliquis habet possessionem aliquam que non habeat aliquam viam ad viam publicam volumus quod vicinus qui habet possessionem ante aliam concedat ei viam qua ire possit et redire cum curro dando tantum de sua possessione quantum acceperit per viam vel extimatione in denariis ad arbitrium illius de cuius terra sit via, si fuerint concordēs. Et si discordes fuerint in extimatione possessionis vel denariorum recurrant super extimatione ad arbitrium executorum comunis Ferrarie verum si fuerit antiqua via concedatur tunc nullo dato.

De explanandis Rivallibus fossatorum - Rubrica.

Quod si aliqua persona que de cetero fodiet seu fodi faciat aliquod fossatum vicinale seu in comitatu Ferrarie debeat explanasse seu explanari fecisse terrenum supra rivallia fossatorum sic cavatorum usque ad quin-

que dies proximos venientes a die cavamenti fossati citra, sub pena centum solidorum marchisanorum pro quolibet et qualibet vice applicandorum massarie comunis Ferrarie.

Quod si quis voluerit scapizare viam teneatur facere pontem et quod quilibet permitat aquam sui vicini transire per suum fossatum - Rubrica.

Statuimus et ordinamus quod quilibet homo civitatis Ferrarie et quilibet comitatinus in Ferraria et districtu libere permitat aquam sui vicini decurrere et transire per suum fossatum ad scursurium et quod fossatum seu fossata per quod seu que aque decursum habeant ad scursurium fodi et cavari debeat seu debeant per... homines seu personas ad quos vel quas spectent et pertineant dicte aque sic decursum habentes ad scursurium comunibus expensis ipsarum personarum et pro rata sua. Et si aliquis voluerit fodere viam vel scavezare ut conducatur aquam ad scursurium liceat eidem hoc facere, hoc tamen salvo, quod teneatur super dictam viam scavezatam facere unum pontem de lignamine suis expensis propriis infra quatuor dies postquam foderit dictam viam ita quod dictus pons possit equitari et carezari, et dictum pontem semper manutenere debeat.

Et qui contrafecerit pro qualibet vice condemnetur in centum solidis ferraninorum non obstante aliquo statuto contradicendi et supra statuto LXXXV tam in incisione vie quam in immissione aque. Et contradiceret etiam, et faciens incideret in penas illius statuti. Fuit autem hoc publicatum 1405 die X iunij.

De scursuriis publicis cavandis - Rubrica.

Statuimus quod omnia scursuria publica vel etiam aliquorum comunia que in aliquo tempore cavata et remondata fuerunt et facta per aliquod comune vel comunia villarum debeant stare omni tempore libera et aperta ac expedita non obstante aliquo statuto huic contradicenti et specialiter statuto quod incipit Statuimus quod cotienscumque canales sive scursuria liberum et expeditum decursum non habent et finit superius nominatis. Et refectione damnorum et expensarum cui derogamus in totum. Item quod predicta scursuria debeant recavari in toto vel in parte que indigerent remondatione vel recavatione, incipiendo in capite inferiori scursurii et venendo ordinate et continue usque ad caput desuper, quod etiam intelligimus in quibuslibet aliis scursuriis que portarent caput ad scursuria comunia vel per que derivaretur aqua in scursurium publicum que quidem recavatio et remondacio fiat et fieri debeat expensis

omnium villarum per quarum fundos extenduntur et quarum aque vadunt ad ea pro dimidia, pro alia vero dimidia fiat expensis hominum civitatis Ferrarie et ferrariensium habentium possessiones in dictis villis. Et si aliqua persona, collegium vel universitas clauderet vel in aliquo impediret decursum alicuius scursurii, si fuerit pedes civis vel comitatus condemnatur in X libris ferrarinorum, collegium vel universitas in L libris ferrarinorum, miles in XXV libris ferrarinorum et opus factum tolli faciat suis expensis et omnia damna emendare teneatur que aliqui habuissent vel haberent propter dictam clausuram vel clausuras. Et si officialibus argerum denuntiatum fuerit per aliquem aliquod scursurium clausum esse teneatur infra tertiam diem ire vel mittere unum ex suis notariis ad locum ubi facta esset clausura, et summaverit mandare exequutores predicta non obstante aliquo statuto vel statutis vel capitulis statutorum huic statuto contradicentibus. Et quod cavarzelarii villarum in fondis quorum fuerint facte dicte clausure sive incisure scursuriorum seu aquarum, et saltuarij ac homines dictarum villarum teneantur vinculo sacramenti accusare coram iudice argerum claudentes seu incidentes dicta scursuria seu aquas infra tres dies et iudices argerum teneantur eos compellere ad hec realiter et personaliter. Et si fuerit facta dicta denunciatio per aliquem civem vel comitatum de tali clausura vel incisura et cavarzelarii saltuarii et homines ipsas villarum non accusaverint claudentes seu incidentes dicta scursuria seu aquas infra tertiam diem a die notificationis dicte denunciationis, quod dicti iudices argerum teneantur dictos cavarzelanos seu negligentes punire et condemnare pena librarum X marchisanorum, saltuarios vero pena librarum V marchisanorum de suo havere, homine vero pena XXV librarum marchisanorum de havere comunis, et nichilominus eor artare ad talem accusam vigore dicto talis denunciationis fiendam realiter et personaliter etiam ipsos compellendo prout ipsis iudicibus argerum visum fuerit. Et si per predictos hoc non fuerit observatum condemnentur pro qualibet vice in libris X marchisanorum.